

77  
RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAE  
CHRISTOPH. FRID.  
AYRMANNVS,

PROF. PVBL. ORD.

VNA CVM TOTO

SENATV ACADEMICO,

*LECTIONES AESTIVAS*

TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS,

A SINGVLIS OMNIVM FACVLTATVM PROFESSO-  
RIBVS HABENDAS, INDICIT,

ad easque sedulo audiendas

*GENEROSOS AC NOBILISSIMOS*

*CIVES ACADEMIAE*

peramante inuitat.


P. P. d. 25. April. A. clō 1845.

*sub Sigillo Acad. maiori.*

---

*Gießae,*

Typis Eberh. Henr. Lammers, Acad. Typogr.



*In Facultate Theologica.*

**IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*Prof. P. Ord. Superintendens & Consistorialis.*

**I**N lectionibus Polemicis *Controversias*, quas cum aduersariis habemus, *praeiudiciales*, rarius alibi conscriptas, publice discentium calamo commendabit. Priuatim institutionibus *Homileticis* B. Doct. RAMBACHII, huc usque expositis, nunc *praxin* addet, insuper *Historiam Eccl.* aliamue sanctioris scientiae partem, istiusque solidam, ac sedulam expositionem desiderantibus promittens.

**REINH. HENR. ROLLIUS, D.**

*Facult. Theol. h. t. Decanus.*

**L**Ectiones in *harmoniam Evangelistarum* Sandhagenianam, per polemicas in Syllogen controversiarum Fechtianam, superiore semestri hyberno suspensas, publice hora IX. resumet. Exercitium quoque *disputatorium* in dictam Syllogen, diebus *Mercurii & Jouis*, hora IV. pom. strenue continuabit. *Privatim* in Collegio Theol. dogmaticae *lectorio-examinatorio* in BAIERUM, ad tertiam usque partem haectenus deducto, hora VII. perget, illudque hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri bono cum Deo ad finem perducere studebit.

D. I.

⊗ ) 3 ( ⊗ 78

---

# D. I. H. BENNER,

P. O. S. & P.

**R**Ogantibus, si instabunt, annuet, ven. D. BAVM-GARTEN *theologiam moralem* binis in diem horis, altera *publica*, altera *privata*, expositurus. *Dogmaticam* nuper finitam, instaurabit, additurus *ius ecclesiasticum*, & *exegeticum* laborem in *otia sua sacra*, si quis caetus suppetet.

# D. ERN. FRID. NEUBAVER,

*S. Theol. Prof. ord. Stipendiatorum Principalium  
Ephorus & Definitor.*

**P**rophetico studio, cui adhuc *publicas* consecrauit horas, porro insudabit, & prophetis *minoribus*, si ab eorum ultimo, *Malachia*, discesseris, absolutis, ad *Esaiam*, inimitabili elegancia ebraice loquentem, perget. *Privata* opera *praelectiones theticas* in BAIERVM diligenter urgebit, in quibus ad locum de *regeneratione & conuersione* peruenit. Tradita perpetuo examine repetet & inculcabit. Ad haec singulis Sabbati diebus vnam horam *disputationibus* priuatis dicabit. Fundamenti loco ponentur b. MENZERI, filii, academiae huius theologi quondam celeberrimi, post aulae & ecclesiae Darmstadinae antistitis, *quaestiones theologicae ad Aug. Conf.* bono publico recudendae, quo sic paullatim in libros ecclesiae nostrae *symbolicos* auditores introducantur. Praeterea in recitationibus in N. T. libros *exegetica* vbique inspergere numquam intermitteret. In primis vero id agget, vt *alumnorum Hassiacorum* commoda semper promoueat, lectiones eorum dirigat, preces moderetur & denique *conciones matutinas*, diebus dominicis habendas, audiat corrigatque. Coepta omnia Numen secundet!

*In Facultate Juridica.*

**D. IO. FRIED. KAYSER,**

*Serenissimi Principis in Regimine & Consistorio Director, Iur.  
P. P. O. & Pr. nec non rerum Oeconomicarum in  
Alma Ludouiciana Inspector perpetuus.*

**O**B labores Regiminis & Consistorii a Collegiis publ. & priuatis beneficio Principis dispensatus, nihilofecius lectionibus priuatissimis Dn. Dn. Commilitonum studia promouere non desistet, nec deerit iis, qui pro Cathedra publ. selectiores materias juris ventilare voluerint.

**D. FRANCISCVS IVSTVS  
KORTHOLT,**

*P. P. O.*

**P**ublice *Illustris SENCKENBERGII compendium iuris feudalis* praeleget. Priuatim *ius publicum*, praeunte vel **MOSERO** vel *Illustri de GÜNDEKRODE*, nec non *Germanicum priuatum*, duce **ENGAVIO**, explicabit. Quae ex *Digestis*, volentibus ita Domm. Commilitonibus, ad instans semestre reseruanda fuerunt, breui absoluet.

**D. IO. ERNEST. HOEPFNER,**

*Prof. Jur. Ord.*

**P**ublice **Cl. BOEHMERI Jus Criminale** dilucidabit. Priuatim **HEINECCII Institutiones Jur. Civ.** explanabit, & ad **Ill. BOEHMERI Jus Digestorum** ejusdemque *Instit. Jur. Can.* commentabitur.

**JO. EHRISTOPH. BALSER,**

*Jur. V. L. P. P. O.*

**P**ublice hora X. lectiones ad *compendium Lauterbachianum*, ad doctrinam de Sponsalibus hucusque

pro-

productas, D. V. hoc semestri spatio ad finem perducet.  
*Privatim* b. HEINECCII Elementa juris secundum ordi-  
 nem Institutionum denuo interpretabitur. Nec non, si  
 id Nobiliss. Dn. Commilitonibus commodum visum fue-  
 rit, b. STRUVII Jurisprudentiam romano-germani-  
 cam & Elementa juris canonici ductu illustr. D. BOEH-  
 MERI exponet.

## CHRISTOPH. LVD. KOCH,

*Jurium Licent. & P. P. extraord.*

**P**ublice hora VIII. *Institutiones Imperiales* præleget, iis-  
 que reliquas legitimæ scientiæ partes iunget, si Deus  
 vitam & vires dabit. *Privatis lectionibus* speciales iurium  
 historias & antiquitates destinavit, in exponenda *histo-*  
*ria juris Romani*, BRVNQVELLO duce, initium fa-  
 cturus. Præterea *jus feudale* tam commune, quam Ger-  
 maniæ atque Imperio Rom. Germ. proprium, præunte  
 B. G. STRUVIO, nec non *historiam Imperii Rom. Germ.*  
 educeute EODEM, vel Cel. SCHMAVSIO trader, quam  
 quidem ita enarrare constituit, ut origines juris publici  
 maiori studio eruat, simulque rem diplomaticam & mi-  
 litarem Germanorum locis congruis addat, spe fretus,  
 fore ut his bene cognitis, ex prælectionibus juris publi-  
 ci deinde instituendis maiores fructus percipiantur.

### *In Facultate Medica.*

## D. IO. CAS. HERTIVS, P. P. O.

**Q**uamvis per adversam, quacum hæctenus conflicta-  
 tur, valetudinem licebit, non deerit officio suo,  
 neque publice solum notas plantarum characteristicas,

temporis munerisque sui ratione ita exigente, exponet, sed privatim quoque in aliis medicinae partibus Nob. Dnn. Commilitonum desiderio satisfacere conabitur.

**LVD. HENR. LEO HILCHEN,**

*Facult. Med. b. a. Decanus.*

**I**N praelectionibus publicis *Semiologiam medicam* docebit. Privatim *pathologiam generalem & doctrinam de materia medica* pertractabit. Prouectioribus autem, absoluta iam propemodum praxi speciali, *collegium casuale* aperiet.

**D. FRIED. WILH. HENSING,**

*P. P. O.*

**P**ublice chirurgiam ductu *BOERHAVII* explanare perget. Privatissimas lectiones superiori semestri coeptas continuabit. In privatis quoque lectionibus non deerit Nob. Dnn. Commilitonum desideriis.

*In Facultate Philosophica.*

**CHRISTOPH. FRIDERICVS  
AYRMANNVS,**

*Professor Histor. & Philos. primarius, ac Biblioth. Acad.*

**I**N gratiam eorum, qui studium Historicum feliciter auspicari cupiunt, Historiam vniuersalem ductu *Celarii* aut alius auctoris praeeget, Historiae quoque litterariae fundamenta ex *Heumanni* conspectu reip. litterariae expositurus.

# IO. LVDOVICVS ALEFELD,

*Philos. naturalis Prof. ordin.*

**P**ublice *Philosophiam naturalem*, ad finem nuper deductam, systematice rursus pertractabit. Priuatim iis, qui impensas aliquas in haec studia facere voluerint, offert *collegium dogmatico-experimentale*, intra aestiuum hoc semestre absolendum, in quo doctrinas physicas compendio tradet, & experimenta potiora, variasque obseruationes coram futuris auditoribus instituet. In *reliquis*, quas suscepit, praelectionibus impigre perget: modo DEVS porro Musis nostris otium concedat.

# ERN. FRID. NEVBAVER,

*Philos. & Theol. D. Archaeologiae, nec non graecae & orientalis litteraturae Prof. ord. h. a. Decanus.*

**I**n *ebraicis*, post *Malachiam* explicatum, *Esaiæ* vaticinia accuratiori industria publice illustrabit. In *graecis* priuatim *Marcum & Lucam* praeleget, sed ita, vt, quum pleraque *Marci* in *Matthæo* adfuerint, a *Luca* initium faciat, quo eum eo vberius dilucidare possit, quod reliquum est, semestris aestiui tempus *Marco* impensurus. Neque non horam quamdam *Syriacae* linguae, cuius fundamenta auditores nostri iecerunt, destinabit. Quumque publica Magistrorum philosophiae promotio peculiari programme indicta nuper fuerit, vt illa peragatur, pro muneris sui decanalıs ratione adlaborabit.

# ERNESTVS THOM;

*Moralium atque Iuris Naturae & Gentium P. O.*

**A** doctrina dicendi ad philosophiam moralem docendam se transferens, Heineccii elementa huius disciplinae

plinae hora postmeridiana II. publice exponet. Privatim eiusdem auctoris ius naturae tradet, atque huic adiunctum ius gentium, id est, politicam, vel hac aestate, si desideratur, vel explicata parte priori illustrabit.

## CHRISTIANVS FRID. MEIS,

*J. V. D. & Prof. Philos. Ord.*

**P**ublice in perlustrando orbis situ perget: privatim autem Jurisprudentiam universalem ad ductum Celeb. Daries aut Kœhleri explicabit, iis, qui Logicae cognitionem ex Celeb. Reuschii systemate Logico sibi comparare volunt, opera sua non defuturus, immo & collegium Styli practicum, uti vocant, aperire non recusabit.

## ANDREAS BOEHM,

*Log. & Metaph. P. P. O.*

**P**ublice Illustr. WOLFFII *Commentationem de differ. nexus rerum sapientis & fatalis necessitatis &c.* explicabit. Privatim eiusdem Illustr. AVCTORIS *Logicam* atque *Metaphysicam* vberiori discursu explanabit. Scholas *Mathematicas* secundum ductum des *Auszugs derer Anfangs Gründe* aperiet. In usum vero speciatim eorum, qui Sacras litteras addiscunt, exponet MAYERI *Theologiam Naturalem*. Privatissimas lectiones desiderantibus aut disputaturis opera sua nunquam deerit.

---

**P**raeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculenta *equitandi, pugnandi gladio, saltandique palæstra, Galliae item & Italicae* linguae scholis, per magistros earum artium peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum, est.

